

Universitätsbibliothek Wuppertal

De M. Valerio Probo Berytio

Aistermann, Josef

Bonnae, 1910

Fragmenta A. Ad auctores

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-3032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-3032)

FRAGMENTA

Fragmentis nomine M. Valerii Probi ornatis certeque Berytio tribuendis subiuncta sunt, sed spatio secreta et numeris Romanis insignita, ea quae Probi nomine destituta ad hunc grammaticum referenda esse uidebantur. Atque adscriptae sunt praemissae dissertationis paginae, ubi de probabili Probi auctoritate disputatum est. Ubi Probus auctor uisus est totius cuiusdam capitis Gelliani, hoc non integrum descriptum est, sed inscriptionem capitis relatum esse satis habebatur.

A. AD AVCTORES

I. AD SALLVSTIVM

1. (STEVV P. 130) GELLIVS I 15, 18: Valerium Probum grammaticum illustrem ex familiari eius, docto uiro, comperi Sallustianum illud (*Cat. V 4*): 'satis eloquentiae, sapientiae parum', breui antequam uita decederet, sic legere coepisse et sic a Sallustio relictum affirmasse: 'satis loquentiae, sapientiae parum', quod 'loquentia' nouatori uerborum Sallustio maxime congrueret, 'eloquentia' cum insipientia minime conueniret.
5 eloquentiae ω (*cf. ad testim. 25*) corr. ς (= *cod. deteriores*). *cf. p. 43.*
2. (131) GELLIVS III 1, 5: Vix ego haec dixeram cunctabundus, atque inibi quispiam de sectatoribus Fauorini, qui uidebatur esse in litteris ueterator, 'Valerium' inquit 'Probum' audiui hoc dicere: usum esse Sallustium (*Cat. XI 3*) circumlocutione quadam poetica et, cum dicere uellet hominem auaritia corrumpi, corpus et animum dixisse, quae duae res hominem demonstrarent; namque homo ex anima et corpore est'. 'Nunquam', inquit Fauorinus, 'quod equidem scio, tam inportuna tamque audaci argutia fuit noster Probus, ut Sallustium, uel subtilissimum breuitatis artificem, periphrasis poetarum facere diceret.'

II. AD VERGILIVM

3. (111) SERVIVS (auct.) ad buc. VI 76 (= Gell. II 6, 5—9): DVLICHIAS VEXASSE RATES . . 'uexasse rates' autem per tapinosin dictum est; nam non uexauit, sed euertit. quod Probus uult hac ratione defendere dicens 'uexasse' uenire ab eo quod est 'ueho uecto uexo', ut 'uexasse' sit portasse et sine dubio pro
-
- I. GELLIVS IV 15
Defensa a culpa sententia ex historia Sallustii, quam iniqui eius cum insectatione maligni reprehenderint. (*p. 131.*)
 - II. GELLIVS X 26
Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod transfretationem 'transgressum' dixerit et 'transgressos' qui transfretassent. (*p. 132.*)
 - III. (111) GELLIVS II 6
Quibus uerbis ignauiter et abiecte Vergilius usus esse dicatur et quid his qui improbe id dicunt, respondeatur. (*p. 127.*)

arbitrio suo euertisse. 'uexasse' est enim uis quaedam alieni arbitrii; non enim sui potens est qui uehitur. bene ergo inclinatum uerbum est; nam qui fertur et raptatur et huc atque illuc distrahitur 'uexari' proprie dicitur: Cato in oratione de Achaeis (p. 55, 8 Iord.): 'cumque Hannibal terram Italiam⁵ laceraret atque uexaret', Cicero in Verrinis (II, IV 55, 122): 'sed ut a barbaris praedonibus uexata esset', item (II, IV 47, 104): 'di ablati, fana uexata, direptae urbes reperiuntur'.

7 uexata esse uideatur Cicero 8 nudatae urbes Cicero

GELLIVS IX 9, 12: Et quoniam de transferendis sentiētiis loquor, memini audisse me ex Valerii Probi discipulis, docti hominis et in legendis pensitandisque ueteribus scriptis bene callidi, solitum eum dicere nihil quicquam tam inprospere 3 et intelligentis II (Regimens. 1646) 4 callidis δ = archetyp. codicum Paris. 8664 (Q), Voss. (Z), Bern. (B).

4. (STEVV
p. 106)

SERVIVS (auct.) ad Aen. X 314 (= Gell. II 6₂₀₋₂₄): 'squalentem auro' splendentem auro. et significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti: squalere enim dictum a squamarum crebritate atque asperitate, quae in serpentum pisciumue coriis uisuntur: alibi (XI 770) 'quem pellis aenis in plumam squamis auro conserta tegebat' et alibi (XI 487) 'iamque adeo rutilum thoraca indutus aenis horrebat squamis.' quidquid igitur inculcatum obsitumque aliqua re erat squalere dicebatur. (p. 128 adn. 2.)

IV.

GELLIVS IX 9:

Quis modus sit uertendi uerba in Graecis sentiētiis; deque his Homeri uersibus, quos Vergilius uertisse aut bene apteque aut inprospere existimatus est. Quando ex poematis Graecis uertendae imitandaeque sunt insignes sentiētiaē, non semper aiunt enitendum, ut omnia⁵ omnino uerba in eum in quem dicta sunt modum uertamus. Perdunt enim gratiam pleraque, si quasi inuita et recusantia uiolentius transferantur. Scite ergo et considerate Vergilius, cum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollonii aut Parthenii aut Callimachi aut Theocriti aut quorundam aliorum locos effingeret, partim reliquit, alia expressit. Sicuti nuperrime aput mensam cum legerentur utraque simul Bucolica Theocriti et Vergilii, animaduertimus reliquisse Vergilium, quod Graecum quidem mire quam suaue est, uerti autem neque debuit neque potuit. Sed enim, quod substituit pro eo quod omiserat, non¹⁵ abest quin iucundius lepidiusque sit (Theocrit. V 88, Verg. ecl. III 64):

V.

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἃ Κλεαρίστα
τὰς αἶγας παρελῶντα καὶ ἀδύ τι πομπυλιόζει, —
malo me Galatea petit, lasciuia puella,
et fugit ad salices et se cupit ante uideri.

20

4 mutandaeque cod. deteriores 8 molestius II 10 effingit (it ex et) Q (Paris. 8664) 11 partim Q partem ω 14 tam mire B(ernensis) 15 sustinuit B 19 παρελῶντα Theocr. uulg. παρελῶντα et παρελαῖντα uar. lect. ap. Theocr.

Vergilium (*Aen.* I 498) ex Homero uertisse quam uersus hos amoenissimos, quos de Nausicaa Homerus fecit (*Od.* VI 102):

5 οἷη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὐρεος ἰοχέαιρα,
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείης ἐλάφοισιν·
τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ·
πασάων δ' ὑπερ ἢ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα,
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι, —

10 qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi
exercet Diana choros quam mille secutae
hinc atque hinc glomerantur Oriades. illa pharetram
fert humero gradiensque deas supereminet omnis.
Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus.

15 Primum omnium id uisum esse dicebant Probo, quod apud
Homerum quidem uirgo Nausicaa ludibunda inter familiares
puellas in locis solis recte atque commode confertur cum
Diana uenante in iugis montium inter agrestes deas, nequa-
quam autem conueniens Vergilium fecisse, quoniam Dido
20 in urbe media ingrediens inter Tyrios principes cultu atque
incessu serio, instans operi, sicut ipse ait (*Aen.* I 504),
regnisque futuris, nihil eius similitudinis capere possit, quae
lusibus atque uenatibus Dianae congruat; tum postea, quod
Homerus studia atque oblectamenta in uenando Dianae honeste
25 aperteque dicit, Vergilius autem, cum de uenatu deae nihil
dixisset, pharetram tantum facit eam ferre in humero, tamquam
sit onus et sarcina; atque illud impense Probum esse de-
13 dea Q 20 egrediens Z 23 congruit II 27 si onus et sarcinam N (*Maglia-
beechianus*) II

Illud quoque alio in loco animaduertimus caute omissum, quod
est in Graeco uersu dulcissimum (III 3):

5 Τίτυρ' εἰμὶν τὸ καλὸν πεφιλημένε, βόσκει τὰς αἴγας
καὶ ποτὶ τὰν κρᾶναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν
τὸν Αἰβυκὸν κνάκωνα φιλιάσσοο, μὴ τυ κορούξῃ.

Quo enim pacto diceret: τὸ καλὸν πεφιλημένε, uerba hercle
non translaticia, sed cuiusdam natiuae dulcedinis? Hoc igitur
reliquit et cetera uertit non infestiuiter, nisi quod caprum
dicit quem Theocritus 'ἐνόρχαν' appellauit — auctore enim
10 M. Varrone (*fr.* 419 *Funaioli*) is demum Latine 'caper' dicitur
qui excastratus est — (*Verg. ecl.* IX 23 sqq.):

Tityre, dum redeo, breuis est uia, pasce capellas
Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.

3 πεφιλημένε *codd.* Theocrit. tantum non omnes 5 κνάκωνα] *codd. recent. cum
Theocr.* 5 ΚΑΝΩΝΑ II et *codd. rec.* ΚΑΝΟΝΑ Ν ΚΑΛΛΩΝΑ Z (= *Voss.
maior.*) ΚΑΙΑΑΝΩΝΑ B (= *fragm. cod. Bernens.* 404) || τι κορούξῃ *Theocr.*

miratum in Vergilio dicebant, quod Homerica quidem *Λητώ* gaudium gaudeat genuinum et intimum atque in ipso penetranti cordis et animae uigens, siquidem non aliud est: *γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ*, ipse autem imitari ea uolens gaudia fecerit pigra et leuia et cunctantia et quasi in summo pectore super-nantia: nescire enim sese quid significaret aliud 'pertemptant'; praeter ista omnia florem ipsius totius loci Vergilium uideri omisisse, quod hunc Homeri uersum exigue secutus sit:

θεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,
quando nulla maior cumulatiorque pulcritudinis laus dici potuerit, quam quod una inter omnis pulcras excelleret, una facile et ex omnibus nosceretur.

2 gaudio II || gaudebat δ 5 supereminentia QB supeminēcia Z (cf. Verg. Aen. I 501) 6 significare δ.

III. EX VERGILII RECENSIONE ADNOTATIONIBVSQVE

BREVIS EXPOSITIO in Verg. georg. I 224: INVITAE dicit 5. (deest)
Probus a translatione dictum esse ut (224) 'spem credere terrae' et supra (223) 'committas'.

1 dñ ||| P (Paris. 11308) 2 probus ||| P.

SERVIVS ad georg. I 277: Probus Horcus legit, Cornutus 6. (STEVP
uetat aspirationem addendam. p. 83)

1 Horcus] *Suringar, hist. crit. schol. Lat. II p. 18 adn., Ribb. prol. 139; Orchus libri. AMR, Horcus P*

SCHOL. BERNENS. ad georg. I 403: noctua] auis lucis 7. (118)
profuga. si canat post solis occasum, pluuiam significat. Probus ait: si in tectis uel in arboribus canat sero, serenitatem significat.

GELLIVS XIII 27.

De uersibus, quos Vergilius sectatus uidetur, Homeri ac Partheni (p. 143). VI.

SERVIVS (auct.) ad Aen. I 92: reprehenditur sane hoc loco VII.
Vergilius quod improprie hos uersus Homeri transtulerit (*Od.*

V 406) καὶ τότε Ὀδυσσεύς λίτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ, ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. nam 'soluuntur frigore membra' longe aliud est quam *λίτο γούνατα*: et 'duplices tendens ad sidera palmas talia uoce refert' molle, cum illud magis altum et heroicae personae πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. praeterea quis interdum manus ad sidera tollit, aut quis ad caelum manum tendens non aliud precatur potius quam dicit 'o terque quaterque beati' et ille intra se, ne exaudiant socii et timidiores despondeant animo, hic uero uociferatur. (p. 120.)

4 frigore soluta membra (Cassell.) 11 animos Thilo.

BREVIS EXPOSITIO in Verg. georg I 223: COMMITTAS VIII.
quasi fidis custodibus (cf. *frgm. 5*).

1 quasi custodibus fidis *Seruius*.

8. (STEV P. 118) BREVIS EXPOSITIO (*cod. Leidens. 135 s. XI in.*) ad georg. I 403: NOCTVA auis est lucifuga quae significat pluuiam, si cecinerit post solis occasum. Probus ait: si in tectis uel in arboribus altis canat, serenitatem significat, si in foraminibus uel in ramusculis . . .
9. (112) MACROBIUS Saturn. V 22, 9: Apud Vergilium Pan niueo lanae munere Lunam inlexisse perhibetur (*ge. III 391*): 'in nemora alta uocans munere sic niueo lanae, si credere dignum est' et reliqua. in hoc loco Valerius Probus uir perfectissimus notat nescire se hanc historiam siue fabulam quo referat auctore. quod tantum uirum fugisse miror.
10. (179) SCHOL. BERNENS. ad georg. IV 134: CARPERE carpebat. infinitiuo enim imperfecta tempora significat more ueterum, ut Probus ait.
11. (180) SERVIUS (auct.) ad Aen. I 1: Probus ait Troiam Graios et Aiax non debere per unam i scribi.
12. (86) SERVIUS (auct.) ad Aen. I 21: et 'hinc populum late regem belloque superbum uenturum excidio Libyae sic uolere parcas' in Probi adpuncti sunt et adnotatum: 'hi duo si eximantur, nihil minus sensus integer erit. sed Vergilius amat aliud agens exire in laudes populi Romani.' Pact. ad. 47
(i. p. 21)
3 adnotatum Scioppius adnotandum C(assellanus) || eximantur Scioppius in append. edit. Danielinae Fuldensem exhibere testatus est. examinantur C; cf. p. 65.
13. (101) SERVIUS (auct.) ad Aen. I 44: Probus et 'tempore' legit ut ipse (*Aen. IX 585*) 'liquefacto tempora plumbo'. . . . qui 'tempore' legunt, de topica historia tractum dicunt; nam Ardeae in templo Castoris et Pollucis in laeua intrantibus auctore est
5 post forem Capaneos pictus est fulmen per utraque tempora 3 typica C m. 2.
-
- IX. SERVIUS (auct.) ad georg. I 180: NEV PVLVERE VICTA F. hypallage est pro 'ne uicta fatiscat in puluerem' id est dissoluatur. 'fatiscat' autem significat 'adfatum hiscat' (*p. 50 adn. 1; cf. fr. 40*).
- X. SCHOLIA BERNENS. ad georg. I 277: Quidam cum aspiratione Horcus legunt (*cf. frgm. 6*).
2 Horcus Hagen, orcum libri.
- XI. (118) SERVIUS ad georg. I 403: 'noctua' autem auis est lucifuga, quae significat pluuiam si cecinerit post solis occasum.
- XII. SERVIUS (auct.) ad georg. II 224: et hoc emendauit ipse, quia Nola posuerat: nam postea offensus a Nolanis qui eidem aquam negauerant, 'ora' pro 'Nola' posuit. (*cf. Gell. VI 20, p. 136*).
- XIII. SERVIUS (auct.) ad georg. IV 134: CARPERE POMA 'carpere' pro 'carpebat'; infinitum pro indicatiuo (*cf. fr. 10*).

traiectus. et singulare nomen pro plurali. Totius autem Italiae curiosissimum fuisse Vergilium multifariam apparet.

SERVIVS ad Aen. I 441: LAETISSIMVS VMBRA aut septimus est, aut secundum Probum genetiuis, ut sit 'laetissimus umbrae' sicut Sallustius (*II 83 Maur.*) 'frugum pabulique lactus ager'.

14. (STEV
p. 94)

SERVIVS (auct.) ad Aen. II 173: SALSVS SVDOR] indicium commoti numinis fuisse dicitur. Probo sane displicet 'salsus sudor' et superuacue positum uidetur. hoc autem Ennius (*ann. 606 Vahl.*) de † lamis dixit.

15. (100)

1 salsus sudor] indicium commoti numinis fuisse dicitur, ne forte alter in simulacro quilibet humor intelligeretur. Probo sane superuacuo positum uidetur *Parisin. 1750* 4 lamis] lacrimis *Vahlen*

SCHOL. VERONENSIA ad. Aen. II 173: Probus malo epitheto putat usum poetam, critici uero naturalia (epitheta a poetis) nusquam inhoneste putant locari.

16. (deest)

arrectas

2 epitheta a poetis] *suppl. Keil*

SERVIVS ad Aen. III 3: HVMO FVMAT NEPTVNIA TROIA . . . sane quaeritur quomodo dixerit 'cecidit' et 'fumat'. sed aut per licentiam poeticam tempus pro tempore posuit ut (*II 12*) 'meminisse horret luctuque refugit': aut certe naturam rerum expressit; nam ruina in breui fit, fumus uero longo permanet tempore. nam quod ait Probus, ad discernendum tempus circumflectendam ultimam syllabam, ut intellegamus 'fumaui' non procedit.

17. (109)

SERVIVS (auct.) ad Aen. III 83: HOSPITIO licet Probus quaerat quid sit 'iungimus hospitio dextras', tamen septimus casus est, id est iure hospitalitatis: nam 'ad hospitium' non potest intellegi quia iam amicus fuit.

18. (107)

SERVIVS (auct.) ad Aen. IV 359: HIS AVRIBVS HAVSI accipi: et est pleonasmus. 'haurit' enim pro 'percipit' ponebant ueteres: et ideo qua potissimum parte sensus percipiant, adiungunt (*XII 26*) 'simul hoc animo hauri' et (*661*) 'hauriat hunc oculis ignem' et reliqua. Probus enim ait: nemo haurit uocem.

19. (104)

1 ad hausi *supr. uers.* percepi. hoc dicit ne putaretur eum uanis imaginibus esse deceptum *T (Bernens. 165)*

SERVIVS (auct.) ad Aen. IV 418: Probus sane sic annotauit: si hunc uersum omitteret, melius fecisset. *cf. 1, 21*

20. (105)

2 uersum *Commelinus*: uerbum *F et Bern. 167.*

SERVIVS ad Aen. VI init.: sane sciendum, licet primos duos uersus Probus et alii in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium sexti esse translatos.

21. (40)

SERVIVS (auct.) ad Aen. I 692: INRIGAT infundit: proprie quia et somnus sic pingitur quasi cornu infundat (*p. 60*).

XIV.

SERVIVS (auct.) ad Aen. IV 615: VEXATVS hoc loco 'grauiter uastatus' (*cf. frgm. 3*).

XV.

22. (STEVP P. 91) SERVIVS ad Aen. VI 177: ARAMQVE SEPVLORI pyram dicit, quae in modum arae construi lignis solebat; nam et sequitur 'congerere arboribus caeloque educere certant'. et aram, quae ante sepulcrum fieri consuevit, intellegere non possumus, ut (III 63) 'stant manibus arae', cum nondum facta sit funeratio, quae praecedat sepulcrum. Probus tamen et Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt.
 Probus] proquib. *R(eginensis)* || Donatus] ceteri commentatores *F*.
23. (108) SERVIVS ad Aen. VI 473: PRISTINVS prior. quod difficile inuenitur; nam de hoc sermone quaerit et Probus et alii.
24. (108) SERVIVS ad Aen. VI 782: ANIMOS AEQVABIT OLYMPO .. de hoc autem loco et Trogus et Probus quaerunt.
 et probus et rogus *M(onacensis)*, et *add. corrector*.
25. (110) SERVIVS ad Aen. VII 543: ET CAELI CONVEXA PER AVRAS Probus Asper Donatus dicunt hoc loco 'per' bis accipiendum, ut 'adloquitur Iunonem per caeli conuexa et per auras'.
26. (93) SERVIVS ad Aen. VII 773: POENIGENAM matris poena genitum: alii 'Phoebigenam' legunt, ut Probus.
 1 alii *om. M* 2 febigenam *L(ipsiensis)* faebigenam *H(amburg.)* poebigenam *F* || ut Probus *om. F.* *Poenigenam cod. Berg.*
27. (101) *unvorsichtig* SERVIVS ad Aen. VIII 406: CONIVGIS INFVSVS GREMIO hoc est ante concubuit et sic quieuit. Probus uero et Carminius propter sensum cacenphaton 'infusum' legunt, ut sit sensus: dormit cum coniuge dormiente, id est petiit soporem infusum etiam coniugis gremio.
28. (100) SCHOL. VERON. in Aen. IX 369: (IBANT ET TVRNO REGI RESPONSNA FEREBANT) Hoc loco adnotant Probus et Sulpicius contrarium illi esse (*A. VII 600*): Sepsit se tectis rerumque reliquit habenas.
 3 Sepsit *M(ai)* *H(errmann)* [Sepsit] *K(eil)*.
29. (69) SCHOL. VERON. in Aen. IX 373: [SVBLVSTRI] Asp.: utrum 'non nubila inlustrique'? Nam 'sub' pro 'parum' ponitur. Lucil. (*II 71 M*): 'Facti subpudet, ut di ...' (An pro sub)inlustrique positum? ut (*A. I 453*): 'Namque subingenti lustrat dum singula templo R. o. Prob. hic posuit aptis(simum hoc) exemplum ex Horatio (*c. III 27, 31*): 'Nocte (sub)lustrati nihil astra praeter Vidit et undas.'
 3 ut di ... *H* (tu di ..) *Mai* sibi legere uidebatur, *Keil* num quid omnino scriptum esset dubitabat. || [An pro sub]inlustrique *K* 4 ut Namque con. *K* unamque codex. 5 R. o.] hoc est reginam opperiens || aptis[simum hoc] *K* aptissimum *M* 6 sublustrati integrum uiderunt *MK*.
-
- XVI. SERVIVS (auct.) ad Aen. VIII 731: hunc uersum notant critici quasi superfluo et humiliter additum nec conuenientem grauitati eius: namque est [eius] magis neotericus. (*cf. frgm. 20 et p. 144*).
 2 superfluo *Daniel* profluo *F* 3 eius seclisit *Masuius*.

SERV. (auct.) ad Aen. IX 811: FESSOS QVATIT AEGER ANHELITVS Probus ait: commodius hic est 'aeger' quam in quinto (432) 'uastos quatit aeger anhelitus artus': quamvis consuetudo sit Vergilio ista mutandi. 30. (STEVP p. 106)

SERV. ad Aen. X 18: HOMINVM DIVVMQVE AETERNA POTESTAS hunc locum Probus quaerit (cf. p. 41 adn. 2). 31. (107)

SERV. ad Aen. X 33: NEQVE ILLOS IVVERIS AVXILIO concessius est iste modus secundum Probum; namque in artibus non inuenitur. fit autem quotiens taedio contentionis quasi uidemur concedere quod tamen nolimus fieri: nam id agit Venus hoc loco, ut Iuppiter magis praestet auxilium. 5 32. (111)
4 uolumus A (Caroliruhensis 116) S(angall.) uolunt M(onacens.); sed conf. Diomed. GL I 396, 30 sq. K.

SERV. (auct.) ad Aen. X 173: Probus 'trecentos' subdistingui uult, ut 'insula' sequentibus iungatur. 33. (93)
1 probos F 2 ut insula Daniel: intersula F.

SERV. (auct.) ad Aen. X 182: TERCENTVM ADICIVNT accedunt et consentiunt eius uoluntati: unde ait 'mens omnibus una sequendi' id est coniurati sunt. Probus 'adiciunt' adiacent et quasi iuxta sunt tradit. 34. (110)
2 consentiunt accedunt eius uoluntati quod sequentia explanant MF, sequuntur in Floriacensi Probus ... tradit mens sunt.

SERV. (auct.) ad Aen. X 303: Probus 'uadi dorso' pro 'uado' dictum putat ut in georgicis (III 436) 'dorso nemoris'. 35. (101)

SERV. ad Aen. X 444: AEQVORE IVSSO pro 'ipsi iussi'. 36. (85)
et est usurpatum participium: nam 'iubeor' non dicimus, unde potest uenire 'iussus'. sic ergo hic participium usurpauit, ut Horatius uerbum, dicens (ep. I 5, 21): 'haec ego procurare et idoneus imperor et non inuitus'. ergo satis licenter dictum est, 5 adeo ut huic loco Probus [hic corruptum] alogum adposuerit. 6 huic M(onac.) et cod. ASL correctores hic ASLHR(eginens.) || probus a longam posuerit AS probus ad longam posuerit RLH probus hic corruptum .a. longam posuerit M.

SERV. ad Aen. X 539: INSIGNIBVS ARMIS Asper sic legit et utitur Sallustii exemplo qui ait (II 63 Maur.) 'equo atque armis insignibus': Probus uero 'insignibus albis' dicit legendum, ut uestes albas accipiamus, quae sunt sacerdotibus congruae sicut Stautius de Amphiarao dicit. 5 37. (102)
1 legunt F 4 congruum F.

SERV. ad Aen. IX 371: SVBLVSTRI NOCTIS IN VMBRA sublustris nox est habens aliquid lucis: Horatius (c. III 27, 31) 'nocte sublustri nihil astra praeter uidit et undas (cf. frgm. 29). XVII.

FRAGM. PARIS. GL VII 536, 1 K: < auersa obelismene in ora ponitur quae ad aliquid respiciunt ut (A. X 88) 'nosne tibi fluxas Phrygiae'. (p. II.) XVIII.

1 in ora Ribb. prol. 150: in ore cod.

38. (STEVV P. 106) SERV. (auct.) ad Aen. XI 554: HVIC 'huic' scilicet telo 'natam implicat'. Probus de hoc loco ἀπίθανον πλάσμα.
2 ἀπίθανον πλάσμα Dorvillius, arpitianplasma F.
39. (102) SERV. (auct.) ad Aen. XI 566: CAESPITE Probus ait: caespite καταχρηστικῶς pro campo, scilicet quod caespes gleba sit.
1 ait caespite καταχρηστικῶς scripsi, aut cespite aut caespite libri.
40. (102) SERV. (auct.) ad Aen. XI 830: ARMA RELINQVENS alii 'arma relinquunt' legunt. Probus hypallagen uult esse uel contrarium, ut ipsa relinquat.
2 esse om. F || uel contrarium om. T(uronensis) 3 relinquat F.
41. (110) SERV. (auct.) ad Aen. XII 174: PATERISQVE ALTARIA LIBANT Probus 'altaria' id est 'in altaria' dicit et 'pateris' pro 'ex pateris'.
42. (102) SERV. (auct.) ad Aen. XII 605: FLAVOS LAVINIA CRINES antiqua lectio 'floros' habuit, id est florulentos, pulchros: et est sermo Ennianus. Probus sic adnotauit: neotericum erat 'flauos', ergo bene 'floros': nam sequitur 'et roseas laniata genas': Accius in Bacchis (fr. XIII p. 169 Ribb.): 'nam flori crines, uideo, ei propessi iacent', in iisdem (fr. VIII p. 168 R) 'et lanugo flora nunc demum inrigat', Pacuuius Antiopa (fr. XII p. 79 R) 'ceruicum flores dispergite crines'.
4 flauos Daniel: fluuium F || flores F. corr. Daniel 5 Accius Daniel: acciui F || Bacchis Commelinus: bacchidibus F 6 uideo et processuacent F uideo ei propessi iacent Ribbeck || hisdem F 7 et] ei Ribbeck || laguna F: corr. Daniel || floro F flora Scriuerius 8 dispergite Delrio disperdite F.

IV. EX TERENCE RECENSIONE ADNOTATIONIBVSQVE.

43. [deest] DONAT. ad Ter. Andr. IV 3, 5₃: DOLOREM 'dolorem' distinxit Probus et post intulit separatim quod sequitur.
1 dolore (2.) T (= Vat. 2905) C (= Oxon.) 2 detruxit T destruxit C || Probus Umpfenbach: probe libri.
-
- XIX. SERV. ad Aen. XII 83: PILVMNO QVOS IPSA DECVS DEDIT ORITHYIA ait Horatius in arte poetica (339): 'nec quodcumque uelit poscat sibi fabula credi'. unde critici culpant hoc loco Vergilium, dicentes 'incongruum esse figmentum'.
5 namque Orithyia cum Atheniensis fuerit, filia terrigenae et a Borea in Thraciam rapta sit, quemadmodum potuit Pilumno, qui erat in Italia, equos dare? (p. 63.)
3 uolet Horatius
- XX. SERV. ad Aen. XII 649: INDIGNVS AVORVM Graeca figura: nam nos 'indignus illa re' dicimus, contra Graeci ἀνάξιος στεφάνου id est indignus coronae. (cf. frgm. 14.)

DONAT. ad Andr. V 3, 4₁: AIN TANDEM C. G. E. quaerit 44. (STEVV
 Probus 'ain' quae pars orationis sit et an una sit. est autem
 'ain' quasi aisne. ³ Ergo 'ain' percontatium uerbum est. p. 98)

2 Probus] pb B (= Vat. Regim. 1595) || quae parationis fit A (= Paris. 7920)
 || an una sit TC ain unde sit A ain unum sit B ain unde^a (corr. m. 2) sit
 V (= Vat. Reg. 1496) 3 percontatium B, percontatium C, percontrarium T.

DONAT. ad Adelph. III 2, 25: QUID FESTINAS MI GETA 45. (94)
 Probus personae assignat hoc Sostratae, Asper non uult
 ad omnia seruum respondere, sed nutricem putat hoc loqui.

DONAT. ad Eun. I 1, 1₇: NON EAM NE NVNC QUIDEM 46. (95)
 'non eam' Probus distinguit; iungunt qui secundum Menandri
 exemplum legunt.

DONAT. ad Phorm. I 1, 15₃: VBI INITIABVNT legitur 47. (98)
 apud Varronem (*Catus uel de liberis educandis* p. 249 X
Riese) initiari pueros Eduliae et Poticae et Cubae, dis edendi
 et potandi et cubandi, ubi primum a lacte et a cunis transierint;
 quod Vergilius (*buc. IV 63*) 'nec deus hunc mensa, dea nec
 dignata cubili est'. hoc annotauit Probus.

1 VBI INIT-] ubi ita CV ubi nam O (= Oxon. Lincoln. 45) || leg. R (= Ric-
 card.) legunt rell. 3 Poticae et om. CO 4 transierunt RC 6 est om. R.

DONAT. ad Andr. I 1, 41: OBSEQUIVM AMICOS VERITAS XXI.
 ODIVM PARIT huius uersus pars in prouerbio est 'ueritas
 odium p.' falsum est autem quod Cicero (*Lael. 24, 89*) putat
 'obsequium' primo dixisse Terentium, cum et Plautus et
 Naeuus ante dixerint. (cf. *frgm. 49.*) 5

2 PARIT] post A || huius ATCV¹ hic V² (*dett., edd.*) || pars Wessner per ATC,
 in ras. V² || in prouerbio] scripsi improbrior A improbiorum (-itorum T) TC im-
 properium (m. 2 in ras.) V improbior Wessner 3 Cicero putat] & tropitatio
 A cicero primo V cicero dixit TC 4 cum & A cum (m. 2 in ras.) et V
 5 dixerunt libri, corr. Steph.

DONAT. ad Andr. III 2, 3₁: NVNC PRIMVM FAC ISTA XXII.
 VT LAVET imperitiae notantes Menandrum aut Terentium
 ipsi ultro imperiti inueniuntur, nam et ille 'λοῦσαι ἀντήν'
 dicens a consuetudine non recessit, † cum lauisset se aut non
 lauisset a parte totum significantes; et Terentius propius ad
 significationem accessit 'ista' dicendo, ne pudenda nominaret.

³ FAC ISTA VT LAVET 'ista' quae ex puerperio
 sordebant (*uid. p. 34 sqq.*).

2 ita peritiae TC 3 imperiti ex -rati corr. C || inueniunt T || ille — aut
 non in mg. V² || ΛΟΥCΑΤΑΥΤΗΝ B ΛΟΥC.ΑΤΑΥΤΚΝ A *** TCV² 4 a
 om. C || cum λοῦσαι ἀντήν Sabbadini 5 potum TC || significat sed (in ras.) V
 significet Sabbad. 6 accessit om. T || narraret T 7 VT LAVET] uolauit A ||
 ista quae] itaque B || ex puero TC.

DONAT. ad Adelph. III 3, 11₂: ENARRAMVS pro enarra- XXIII.
 uimus, ut (*Verg. Aen. III 3*) 'omnis humo fumat N. T.' (cf.
Seru. ad h. uers. [= frgm. 17]).

48. (STEV P. 97) DONAT. ad Phorm. I 3, 3₁: INCOGITANS temerarius. Probus 'nomen incogitans' inquit 'in usu est, at non eodem modo cogitans'.
2 Probus nomen incogitans *Schoell*: improbus (et pr—O) non cogitans libri || at] an *COV*.
49. (98) DONAT. ad Phorm. II 3, 25₂: MALE LOQVI pro 'male dicere'. et quaerit Probus quis ante Terentium dixerit.
50. (97) DONAT. ad Phorm. V 9, 16: MI HOMO DI MELIVS DVINT quaerit Probus an matrona tam familiariter recte dicat alieno.
- XXIV. DONAT. ad Adelph. I 1, 18₃: FORTVNATVM ISTI PVTANT utique uxorem non ducere. dicit autem Romanis id uideri, quos spectatores habet. Menander '† τωμανκαριαην γυναικ' οὐ λαμβάνω.' (p. 36.)
3 ΓΙΝΕΚΑ ΟΡΑ· ΑΜΒΑΝΩ *A*: corr. Bentley; ἐγὼ μακαρίζοι' οὐ γ. λαμβάνων (ἔτι) *Nenci*.
- XXV. DONAT. ad Eunuch. IV 4, 22: At ego † edesionum sequor, qui recte intellexit Terentium scientem 'mustellino colore' dixisse eunuchum uelut subliuido, quia uere eunuchi aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, ut ex Gallis et eiusmodi occidentalibus, aut ex fuscis subliuidi, ut ex Armeniis et aliis orientalibus. (p. 37.)
1 aedesionum *K* edisionum *C* edibicionum *T* (= *Vat. lat.* 2905); Edesionium *cod. Cuiacii* (cf. *Wessneri uol. I praef. p. XVI*) edesionem uel edisionem *det.* (= *Dresd., Leid., Paris. lat.* 7921); uide appendicem ed. *Wessn*.
- XXVI. EVGRAPHIVS ad Phorm. I 1, 15 (p. 218 *Wessner*): VBI INITIABVNT hoc est initiare: ad cibum infantem instruere, qui et ipse quodammodo eius dies natalis est (cf. *frgm.* 47).
- XXVII. DONAT. ad Phorm. II 3, 25: PERGIN ἀπόστροφος per παρένθεσιν (cf. *frgm.* 44).
- XXVIII. DONAT. ad Phorm. II 3, 26₂: AIN TANDEM 'ain': ἀπόστροφος nota est quae separat E ab N; littera i (non) tenuit s, sed sonum. est enim integrum 'aisne' (cf. *frgm.* 44 et p. 136 *adn.*).
1 AIN] aisne libri || ain] aisne *O, om. RV* 2 separat E] separate *RC* (—) || littera i (non) tenuit s, sed sonum *scripsi* (cf. p. 136 *adn.*) littera . i. tenuit sed (se sed *V*) sonum libri, unde littera s ante n amittit sonum *coni. Wessner*.
- XXIX. DONAT. ad Phorm. II 3, 46: AT SI TALENTVM REM RELIQVISSET more Romanorum, apud quos hereditas pecuniae erat. 'talentum' autem quod dixerit, more Graecorum admiscuit. (p. 37.)
- XXX. DONAT. ad Phorm. V 8, 11: ADHVC CVRAVI τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit 'adhuc', cum potuisset sine hoc integer sensus esse. (p. 139.)
- XXXI. SCHOL. BEMBINA ad Eun. I 1, 34: calamitas, dixit, grando ab eo quod calamos frangat (p. 38).
- XXXII. DONAT. ad Eun. I 1, 34: calamitatem rustici grandinem dicunt quod comminuat calamum id est culmum ac segetem (p. 39).

DONAT. ad Hecyr. prol. I 2₃: Calamitas *παρὰ τὴν καλὰμην* dicitur, clades quia clam datur, ut aliud sit grandinis culmum frangentis, aliud furti aut doli mali. sic Probus. 51. (STEUP p. 98)

2 clam datur *Wessner* clamatur *libri* || furtim *C* || aut *Leidensis* ut *rell.*

DVBIA

Ex Franc. Fabricii Marcodurani Annotationibus in Terentium, Dusseldorpii 1558 (cf. *Paul Lehmann, Eine verschollene Priscianhandschrift, Rh. M. 60 [1905] 624*):

ad Terentii Andriam IV 5, 2: Quae se inhoneste optauit parare] Probus 'parere' agnoscit, ut notauit Riuus.

Terentiani libri: parere; parêre *D* (*Victorianus*) *E* (*Riccardianus*). De Fabricio Marcodurano et de Riuio cf. *Sandys, A history of classical scholarship II (1908) p. 268.*

52. (*deest*)

V. VITA A. PERSII FLACCI DE COMMENTARIO PROBI VALERII SVBLATA

Aulus Persius Flaccus natus est pridie nonas Decembris Fabio Persico L. Vitellio coss., decessit VIII kalendas Decembris P. Mario Afinio Gallo coss. 53. (125)

natus in Etruria Volaterris, eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis uiris coniunctus. decessit ad octauum miliarium uia Appia in praediis suis.

pater eum [Flaccus] pupillum reliquit moriens annorum fere sex. Fulua Sisennia nupsit postea Fusio equiti Romano et eum quoque extulit intra paucos annos.

studuit Flaccus usque ad annum XII aetatis suae Volaterris, inde Romae apud grammaticum Remmium Palaemonem et apud rhetorem Verginium Flauum.

cum esset annorum XVI, amicitia coepit uti Annaei Cornuti, ita ut nusquam ab eo discederet. inductus aliquatenus in philosophiam est. 15

amicos habuit a prima adulescentia Caesium Bassum poetam et Calpurnium Staturam, qui uiuo eo iuuenis decessit. coluit ut patrem Seruilium Nonianum.

cognouit per Cornutum etiam Annaeum Lucanum aequaeum auditorem Cornuti. [nam Cornuto [[illo tempore]] traditus fuit] 20 sectae stoicae philosopho cui libros reliquit. [[sed]] Lucanus mirabatur adeo scripta Flacci, ut uix se retineret recitante eo clamaretque illa ipsa uera esse poemata, sua se ludos facere.

7 Flaccus *seclusit Buecheler* 20 nam — 21 sed *secreuit Bergk* Cornuto illo tempore traditus fuit sectae stoicae philosopho cui *Nemethy* illo tempore *seclusi* cf. p. 55. nam Cornutus illo tempore tragicus fuit sectae poeticae qui libros philosophiae *libri* 22 recitantē *libri* 23 clamaretque illa ipsa uera esse poemata, sua se ludos facere *scripsi* cf. p. 47, clamore quae illa essa uera ipsa poemata ipse luto facere *Leidensis*, clamore quae illa ipsa uera esse poemata suo ludo faceret *Gudianus*, clamore quin illa esse uera poemata diceret *Parisinus*, clamore quae ille esset uera poemata suo ludo faceret *Monacensis* 14498 (cf. *Manitius, Philol. 64 [1905] p. 567*).

DONAT. ad Hec. III 4, 26₃: sed ego Terentium puto scientem facetius Myconium crispum dixisse (p. 37). XXXIII.

sero cognouit et Senecam, sed non ut caperetur eius ingenio. usus est apud Cornutum duorum conuictu doctissimorum et sanctissimorum uirorum acriter tunc philosophantium, Claudi Agathurni medici Lacedaemonii et Petroni Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est et aemulatus, cum aequales essent

Cornuti, minor eis ipse. idem decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente.

fuit morum lenissimorum, uerecundiae uirginalis, formae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis. fuit frugi pudicus. reliquit circa HS uicies matri et sorori scriptis tantum ad matrem codicillis. Cornuto rogauit ut daret sestertia, ut quidam dicunt C, ut alii, L et argenti facti pondo uiginti et libros circa septingentos Chryssippi siue bybliotheacam suam omnem. uerum a Cornuto sublatis libris pecunia sororibus, quas heredes frater fecerat, relicta est.

scriptitauit et raro et tarde. hunc ipsum librum imperfectum reliquit. uersus aliqui dempti sunt ultimo libro, ut quasi finitus esset. leuiter conrexit Cornutus et Caesio Basso petenti ut ipse ederet, tradidit edendum. scripserat in pueritia Flaccus etiam praetextam et hodoeporicon librum unum et paucos in socrum Thraseae in Arriam matrem uersus, quae se ante uirum occiderat. omnia ea auctor fuit Cornutus matri eius ut aboleret. editum librum continuo mirari homines et diripere coeperunt. decessit autem uitio stomachi anno aetatis XXIX.

[[sed mox]] ut a schola magistrisque deuertit, lecto Lucili libro decimo uehementer saturas componere studuit [[cuius libri principium imitatus est]] sibi primo, mox omnibus detrectaturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insecratione, ut etiam Neronem principem [[illius temporis]] inculpauerit. cuius uersus in Neronem cum ita se haberet 'auriculas asini Mida rex habet' in eum modum a Cornuto ipso tantum nomine mutato est emendatus 'auriculas asini quis non habet?' ne hoc in se Nero dictum arbitraretur.]

6 minor eis ipse *Vahlen* minores ipse *libri* 22 et necio et operio *Bernensis*, uescio et opericon *plurimi libri*, et *ὀδοπορικῶν Pithoeus*, oschophoricon *coniecit Buecheler* 22 in soerum *Casaubonus* sororum *libri* 27 sed mox — 35 arbitraretur *seclusi*, uide p. 47 28 cuius libri principium imitatus est *seclusit Marx* 31 illius temporis *seclusi* 34 ipso tantum nomine mutato est *Buecheler* ipse tantum modo est *libri*

B. AD GRAMMATICAM

I. DE ORTHOGRAPHIA DE MENSURA SYLLABARVM DE ACCENTV

54. (STEVV) SERVIVS (auct.) ad Aen. I 1 = fr. 11.
p. 180)

XXXIV. QVINTILIANVS inst. or. I 4, 10: atque etiam in ipsis uocalibus grammatici est uidere, an aliquas pro consonantibus